deponet iniquitates nostras et proiciet in profundum maris omnia peccata
nostra dabis ueritatem iacob misericordiam habraham quae iu-
rasti patribus nostris a diebus antiquis.
Deus emulator et ulciscens dominus ulciscens dominus et habens
furorem ulciscens dominus in hostes suos et irascens
ipse inimicis suis dominus paciens et magnus fortitudine
et mundans faciet innocentem dominus in tempestate et turbine
uie eius et nebule puluis pedum eius increpans mare et ex-
siccans illud et omnia flumina ad desertum deducens.
infirmatus bansan et carmelus et fons libani elanguit montes
commoti sunt ab eo et colles adsolati sunt et contremuit terra
a facie eius et urbs omnes et habitantes in eo ante faciem in-
dignationis eius effusa est ut ignis et petre dissolute sunt ab eo
bonus dominus et confortans in die tribulationis et sciens sperantes in
se et in diluuio pretereunte consummationem faciet loci eius
inimicos eius persequentur tenebre quid cogitatis contra dominum
consummationem faciet non consurget duplex tribulatio quia sicut
spine se inuicem complectuntur sic conuiuium eorum pariter potantium
consumentur quasi stipula ariditate plena ex te exibit cogitans
contra dominum mala mente pertractans preuaricationem.
Haec dicit dominus si perfecti fuerint et ita plures sic quoque attondentur
et pertransibit adflixi te et non adfligam te ultra et nunc
conteram uirgam eius de dorso tuo et uincula tua disrumpam
et precipiet super te dominus et non seminabitur ex nomine tuo amplius
de domo dei tui interficiam sculptile et conflatile ponam
sepulchrum tuum quia inhonoratus es. Ecce super montes pedes
euangelizantis adnuntiantis pacem. Celebra iuda festiui-
tates tuas

et redde uota tua quia non adiciet ultra ut pertranseat
in te belial uniuersus interiit ascendit qui disperdat
coram te qui custodit obsidionem contemplare uiam
conforta lumbos robusta uirtutem ualde quia reddidit dns
superbiam in iacob sicut sicut superbiam israhel quia uastatores
dissipauerunt eos et propaginis eorum corruperunt clipeos fortium
eius igneus uiri exercitus in coccionis igneae habenae
currus in die praeuaricationis eius et agitatores consumpte
sunt in itineribus conturbati quadrigae conlisi sunt in plateis
aspectus eorum quasi lampades quasi fulgora discurrentia
recordabitur fortiorum suorum ruent in itineribus suis uelociter
ascendent muros eius et praeparabitur umbraculum
portae fluuiorum apertae sunt et templum ad solum dirutum est
et miles captiuus adductus est et ancillae eius minabantur
gementes ut columbae murmurantes in cordibus suis
et niniue quasi piscinae aquarum aquae eius ipsi uero
fugerunt state state et non est qui reuertatur diripite
aurum et non est et scissa et dilacerata et cor tabes
cens et dissolutio geniculorum et defectio in cunctis renibus
et facies omnium sicut nigredo ollae ubi est habitacu
lum leonum et pascua catulorum leonum ad quam iuit
leo coepit sufficienter ut ingrederetur illuc catulus leonis
et non est qui exterreat leo coepit sufficienter catulis suis
et necauit leaenis suis et impleuit praeda speluncas
suas et cubile suum rapina. Ecce ego ad te dicit dns
exercituum succendam usque ad fumum quadrigas eius
et leunculos comedit gladius et exterminabo

de terra

predam tuam et non audietur ultra uox nunciorum tuorum
Uae ciuitas sanguinum uniuersa mendatii delaceratione
plena et non recedet a te rapina uox flagilli et uox
impetus rote et aequi frementis et quadrige feruentis et
aequitis ascendentis et micantes gladii et fulgorentes haste
et multitudinis interfecte et grauis ruine finis non est
cadauerum et corruent in corporibus suis propter multitudinem
fornicationum meretricis speciose et grate et habentes
maleficia que uendedit gente in fornicationibus suis et
familias in maleficiis suis Ecce ego ad te dicit exercituum
et reuelabo pudenta tua in facie tua et ostendam gentibus
nuditatem tua et regnis ignominia tua et proiciam super te
abhominationis et contumelis te adficiam et ponam te in exem
plum et erit omnis qui uiderit te resiliet a te et dicit uastata est
Nineue quis commouebit super te caput uel unde queram consolatorem tibi
Numquid melior es ab alexandria populorum que habitat in flumini
bus aqua in circuitu eius cuius diuitie mare aque muri eius
Aethiopia fortitudo et aegiptus et non est finis affrica et libies
fuerunt in auxilio tuo e sed et ipsa in transmigratione ducta est
in captiuitate paruuli eius; et lisi sunt in capite omnium
uiarum et super inclitos eius miserunt sortem et omnes optimates
adfixi in compedibus et tu ergo inebriaberis et eris despecta
et tu queres auxilium ab inimico omnis munitionis tuae
sicut ficus cum grossis suis sicut concusse fuerint cadent in os
comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui inimi
cis tuis ad apertione pandente porte terre tuae. deuorauit
ignis uectes tuos aquam propter obsidione hauri tibi extrue
munitionis tuas

Intra lutum & calca subi gens tene laterem ibi comedi
tis ignis peribis gladio deuorabite bruchus Congregare
ut bruchus multiplicare ut lucusta plures fecistis negotiatio
nis tuas quas tellę sunt cęli bruchus expansus ē & uolauit
custodistui quasi locustę & paruuli tui quasi locustę
locustarū quae considunt in sepib; in die frigoris sol
ortus ē & auolauer̄ & non ē cognitus Locus earū ubi
fuerint dormitauer̄ pastores tui Rex assur sepelientur
principes tui latitauit populus tuus in montibus & non ē
qui congreget & non ē obscura contritio tua pessima est
plaga tua omnis qui audierunt auditionē tuā conpresserū
manū sup te quem non transiit malicia tua semper.

Usque quo dn̄e clamabo & non audies uociferabo ad te
uim patiens & non saluabis quare ostendisti mihi ini
quitatem & laborem uidere preda & iniusticia contra
me & factum iudiciū & contradictio potentior.
Propter lacerata ē lex & non peruenit usque ad finē iudiciū
quia impius preeualet aduersus iustum propterea
egreditur iudiciū peruersum aspicite in gentibus
uidete & admiramini & obstupiscite quia opus
factum ē in diebus uestris quod nemo credet cum narrabitur
quia ecce ego suscitabo chaldeos gentem amarem
& uolocem ambulantem sup latitudinem terrae
ut possideat tabernacula non sua horribilis & ter
ribilis ē ex semetipsa iudiciū & onus eius egredietur.